

in lecto flexis genibus et deuote dicendo **P**ater noster. **A**ue maria. **C**redo in deum etc. cum alijs multis secundum tuam deuotionem et habebis prosperitatem in corpore et in anima. **E**t ideo **D**avid in ps. lxx. **J**ubilate in primo. **B**enedicite dominus qui non amouit orationem meam et misericordiam suam a me. **E**t sic continua et non dimittas eam propter socium vel propter aliam causam. **E**t vide hic exemplum. **Q**uidam lombardus uoluit mundum videre et visitare singulariter sanctum sepulchrum iesu christi cum uino scutifero et accepit licentiam ab uxore sua et proposuit quotidie dicere patrem noster. **A**ue maria. et inmediate incepit et continuauit quotidie suam orationem et fuerunt semper incolumes. **C**ontigit quod reuertendo ad domum suam et cum iam esset prope castrum non curauit ultra facere orationem dicendo. **O** iam sum prope nostras domum. non oportet modo facere orationem. **I**n posterum sic accedendo uersus domum. **I**gnis accensus est in castro et castrum et si filij propter uxorem omnia combusta sunt. **E**rgo uideatis quomodo ex omissione orationis omnia ista adueniunt sibi. **N**oli ergo orationem dimittere quousque sit parua continua illa. **E**t ideo dicitur. scilicet ad **T**hesal. v. **S**emper gaude te in domino sine intermissione ne orate. in omnibus gratias agite. **H**ec est enim uoluntas dei in christo iesu in omnibus uobis. **S**piritum nolite extinguere. prophetias nolite spernere. **O**mnia autem probate quod bonum est tenete. ab omni specie mala abstinete uos. **I**pe autem deus pacis sanctificet uos per omnia. ut integer spiritus uester et anima et corpus sine querela in aduentu domini nostri iesu christi seruetur. **F**idelis est qui uocauit uos. qui etiam faciet fratres orare pro uobis. **S**umamus ergo huiusmodi mulieris exemplum. **E**t ecce hic secundum exemplum quomodo habuit firmam stabilitatem. **T**ertio seruauit ueram humilitatem. **N**am ista mulier seruauit istam humilitatem quousque christus eam appellauerit uel assimilauerit. **E**t ista bona mulier dixit. **E**cce domine **M**atthea et catelli comedunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum. **T**unc iesus uidens fide istius mulieris dixit. **M**agna est fides tua. **E**t ideo dicebat mulier non peto magnum miraculum uelut resurgere mortuos nec solem retroire. mare rubrum diuidere. sed ut liberes filiam meam unicam. **F**ac ergo domine mihi istam gratiam et christus denegare non potuit. **Q**uero nunc cur christus tantum fecit illi desiderare quod petebat. uidetur contra se esse quousque doctrinam. **N**am dicitur **P**rouer. iij. **N**e dicas amico tuo uade et reuertere cras dabo tibi cum statim possis dare. **I**tem dicitur. ij. ad **C**orinth. ix. **U**nusquisque prout destinauit in corde suo non ex tristitia aut necessitate sed ex hilaritate. **H**ilarem enim datorum diligit deus. **R**esponso quod christus hoc fecit duplici ratione. **P**rimo ex parte mulieris. secundo ex parte nostra. primo ex parte mu-

lieris propter meritum augendum. **C**hristus enim pro istam dilationem fecit eam ascendere et crescere in ardenti deuotione et amore ad deum et spe. et sic christus pie implere petitionem mulieris distulit ut mulier ista plus haberet quam si illico dedisset quod a principio non tantum habuisset. sed postea dedit propter amorem et humilitatem. et circa hoc audiat parabola. **M**iles quidam erat qui multum diligebatur ab imperatore et iste miles petebat ab eo gratiam. et iste imperator noluit sibi dare pomum. et dedit sibi primo castrum adhuc petenti pomum et dedit equum. **A**dhuc miles petebat pomum et dedit sibi uestem. demum iste importune dedit pomum. **E**cce quod si cito dedisset pomum solum pomum habuisset et non alia. **I**ta dicamus de ista petenti pomum. **N**am christus dedit primo sibi castrum quia ardorem. secundo patientiam. et ecce equum. tertio humilitatem. ecce uestem. quarto charitatem. et sic plus habuit. **S**ecundo christus hoc fecit dando nobis exemplum ut humiliemus nos in deuota oratione. quia quanto plus nos humiliauerimus. tanto amplius ascendemus. **S**int duo homines equalis meriti. oratio magis humiliantis se uirtute humilitatis plus ascendit. puta si unus eorum se ponat in oratione iuxta altare et alius a longe. plus ceteris paribus ascendit oratio illius qui stat a longe uirtute humilitatis. **U**nde dicitur in ps. **R**espexit in orationem humilium et non spreuit precem eorum. **I**deo dicitur **O**ratio humiliantis se nubes penetrabit. et donec appropinquet non consolabitur et non discedet donec aspiciat altissimus. **E**cce. xxxv. et ecce finis ponitur. **D**omino placeat etc. **D**eo gratias.

¶ Feria secunda in secunda dominica quadragesime. Sermo primus

Multa habeo de

Multa habeo de uobis loqui et iudicare. **J**ohan. viij. **S**ermo noster erit de sancto euangelio hodierno quod continet unum secretum peramentum. quod fuit inter christum et iudeos disputantes cum christo. et hoc peramentum quantum est ex una parte. scilicet christi ostendit nobis tres magnas dignitates. **P**rima est sapientia diuinalis. **S**ecunda excellentia supernaturalis. **T**ertia eminentia principalis. quomodo est iudex principalis et uniuersalis. **D**icit thema. **M**ulta habeo de uobis loqui et iudicare. sed qui me misit uerax est. et ego que audiui ab eo loquor in mundo. **E**t cognouerunt quia patrem eius dicebat deum. **D**ixit ergo eis iesus. **C**um exaltauerit filium hominis tunc cognoscetis quia ego sum. et a me ipso facio nihil. sed sicut docuit me pater habet loquor. **E**t qui me misit mecum est. et non relinquet me solum. quia ego que placita sunt ei facio semper. **H**ec illo loquor

Feria secunda post reminiscere

te multi crediderunt in eum. Dicebat ergo iesus ad eos qui crediderunt ei iudeos. Si vos etc. Dico primo quod euangelium ostendit de christo sapientiam diuinalem. propter sapientiam diuinam esse scire quod sunt saluandi. et sunt damnandi. scilicet scire predestinatos saluandos et predestinatos damnandos. propria scia dei est. sicut rex qui vult facere conuiuium nuptiale de filio suo. primo in cedula scribit et eligit inuitandos duces comites et barones etc. Secundo ordinat conuiuium sui dignitate conuiuantium. Sic deus pater voluit facere conuiuium de filio suo assumendo naturam humanam. quia sicut vir et uxor non sunt duo sed una caro. Ita deus et homo non sunt duo in persona sed una persona. Sponsalia facta sunt in camera uteri uirginalis. et de hoc prophetauerat dauid in psalmo. tanquam sponsus. id est dei filius. procedens de thalamo suo. id est utero uirginali. sed nuptie fiunt in celis. quia in hoc mundo non est locus conuiuiens nec sufficiens. **Matth. xxij.** Simile est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. ex quo deus pater eternaliter ordinat illud conuiuium. elegit inuitandos tot imperatores tot reges tot duces etc. Quot conueniunt ad illud conuiuium. Ista electio dicitur predestinatio et illa inuitatio dicitur predestinatio. de quo apostolus loquens tam de se quam de electis dicit **Eph. j.** elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Ecce sapientia uel scientia dei. **ad Rhoma. viij.** Quos predestinauit hos et uocauit et quos uocauit hos et iustificauit quos autem iustificauit hos et magnificauit. et hoc ostendit deus pater christo in quantum erat homo. et sic habebat scientiam predestinatorum. Et quia sicut non est nisi unum esse trium personarum. sic est nisi una persona duarum substantiarum in christo. Item ostendit deus pater anime christi librum uite et in carta dextra legit quot patriarche et prophete etc. debebant saluari siue intrare paradysum ex sua passione. In sinistra legit quot mali prelati damnabunt nec erunt digni ire ad illud conuiuium. hec sapientia ostendit in euangelio. Unde christus disputando cum iudeis dixit. Ego vado et queretis me in peccato vestro moriemini. Nota ego vado. scilicet ad gloriam resurrectionis. scilicet per viam passionis. queretis me uocaliter. quia iudei querebant saluatorem. et non personaliter credendo quod christus sit saluator. Nota in peccato vestro moriemini. Jam sciebat ipse predestinatos. Idem dicebat semel de apostolis. **Joh. xij.** Scio quos elegerim non de omnibus uobis dico. hoc dicebat propter iudam damnandum. Sed hic est argumentum quod uos facitis. Si deus habet certam scientiam damnandorum et saluandorum. Ita ergo quid oportet me bonum facere. nec est uis si faciam malum. quia scientia dei non potest falli. si sum de numero predestinatorum ideo cum predestinatis ad saluandum. siue faciam bonum siue faciam malum. Idem de predestinatis damnandis quare faciam bonum. quia scientia dei non potest falli. et sic

ero damnatus. et ex hoc tenet malam uitam. **Responsio** quod illud argumentum est cum magna stulticia. patzsi rex inuitat te ad nuptias filii sui. si super hoc tu diceres. sine dubio postquam rex inuitauerit me ibi ero et non oportet me parare. stulte et fatue dices si dicas. Ex quo rex me inuitauit et fecit mihi honorem uolo me parare. quia ibi erunt magni nobiles et persone honorabiles. expendam tantum in una ueste et equo etc. Sic consimiliter est de predestinatis. quia includit quod tu pares te. nec sequitur. ergo predestinatio potest falli aut scientia. Ratio. quia scientia dei non fallit. sed tu potes deficere per malam uitam. Unde si deus ore suo te inuitaret supponit quod pares te ne uenias cum ueste ueteri. scilicet cum peccato superbia. sed uenies cum noua ueste humilitatis. Idem de alijs uitijs et uirtutibus. Sed si tu dicis postquam ego sum inuitatus non oportet me parare. certe non intrabis. pro illa ueritate nota autoritate christi. **Matth. xxv.** Sile est regnum celorum decem uirginibus. Nota historiam euangelij usque nescio uos. et **Ezech. xxij.** Si dixerero iusto quod uita sua uiuat et confusus in iusticia sua fecerit iniquitatem omnes iusticie eius obliuioni tradentur et in iniquitate sua quam operatus est in ipsa morietur. Si autem dixerero impio morte morieris et egerit penitentiam pro peccato suo etc. uita uiuet et non morietur. quia uerbum dei sic intelligitur quod homo sit paratus. imo fortius argumentum est. si illi qui sunt in paradiso et mille anni fuerunt haberent unum peccatum. caderent in momento de celo. quomodo ergo tu non paratus poteris ascendere. **Matth. xxij.** Intrauit autem rex ut uideret discubentes et ibi uidit hominem non uestitum ueste nuptiali. et ait illi. Amice quomodo huc intrasti non habes uestem nuptialem. At ille obmutuit tunc dixit rex ministris ligatis manibus et pedibus mittite eum in tenebras exteriores. non intelligatis quod in paradiso sit aliquis non paratus sed intelligat per hypotheseum per conditionem si tibi esset aliquis non paratus et in peccato expelleret. Idem ista ratio quid oportet me facere bonum. magna stulticia est. Secundo est magna ignorantia. Nam tales intelligunt quod in libro predestinationis scribitur sic tantum. talis saluabitur Petrus uel Iohannes etc. Non est uerum. imo quocumque deus ordinat ad aliquem finem ordinat etiam uiam et modum ueniendi ad illum finem. uerbi gratia. de pluua. Si cras debet pluuere. Jam ordinat ante de nubibus quod eleuantur. etc. Ideo liber predestinationis sic dicit. tales saluabuntur per bona opera. talis dominus per iustitiam. talis prelatus qui intrauit per portam et dat bonum exemplum. talis intrabit ex diligentia etiam talis diues per misericordiam etc. Sic de quolibet statu ita quod simul est uia et terminus uel finis. Si ergo dimittis uiam ostendis quod non es predestinatus. Ad hoc autoritas Gregorij in primo libro dialogorum. qui sic dicit. obtineri nequaquam pos-

Predestinatio

Sicut uolunt multum

25

Sermo

sunt que predestinata non fuerunt. sed ea que sancti viri orando efficiunt ita predestinata sunt ut precibus obtineant. Nam ipsa eterni regni predestinatio ita est a deo disposita ut ad hoc electi ex labore pueniant quibus postulando mereantur accipere quod eis deus ante secula disposuit dare. Hic ille Ignorantia est ergo dicere quid oportet me facere bonum. quia hoc est dicere habeo ire ad tale locum et quid oportet me ire per viam. quia aliter non iras illuc nisi per viam. Idem de libro prescientie in quo non scribitur solum tales damnabunt. sed simul ponitur ibi finis et via. unde sic ponitur. tales damnabunt per talia mala opera per iniusticiam talis dominus etc. Et ita de quolibet statu. Nam libero arbitrio cuiuslibet deus dimisit si vult saluari vel damnari. **Autoritas. Eccl. xv. Deus ab initio constituit hominem et dimisit eum in manu consilii sui. Glo. in libertate liberi arbitrii. Quia predestinatio non aufert liberum arbitrium. sequitur in Autoritate. Adiecit mandata et precepta sua si volueris mandata conseruare conseruabunt te et in perpetuum fidem placitam seruare. apposuit tibi aquam et ignem ad quod volueris porrigere manum tuam ante hominem vita et mors. bonum et malum quod placuerit ei dabitur illi. Diceret aliquis ergo ibimus ad paradysum. quia omnes volumus ire. verum est verbo volumus omnes ire sed non factum inuentionem multi. unde si dicitis vos ire parisiis et recipitis viam ad aliam ciuitatem etc. falsum dicitis. Idem etiam multi dicunt quod volunt ire ad paradysum. sed recipiunt viam inferni. Unde si dicat vni superbo. Dicitis quo vultis ire. Ego volo ire ad paradysum. Sed ista est via superbie que tendit ad infernum. Si iam dicitis quod vultis ire ad paradysum vos estis mendaces. et sic de ceteris peccatis. Ergo ante hominem vita et mors. scilicet gloria paradysi et mors inferni. bonum. scilicet saluationis et malum scilicet damnationis. quod placuerit dabitur illi. Tertio ista ratio est maximus error destruens primo philosophiam. quia philosophi fecerunt librum de virtutibus ut gentes viuerent moraliter bene. et quare? quia ut pueniret ad vitam eternam. et tamen iam scit deus quis erit saluatus vel damnatus. Dicere ergo quod propter hoc non oporteat bene facere est error. quia deus qui predestinauit aliquid ad salutem etiam opus per quod saluabitur predestinauit. Item destruit secundo medicinam. quia vocantur medici ad sanitates habendam. et tamen iam scit deus si iste curabitur vel morietur. dicere ergo quod oporteat recipere medicinam fatuum est quia deus scit. quod per viam medicine habebit sanitatem. Item destruit totam industriam humanam quare rex congregat exercitum pro victoria. quia iam scit deus si debet habere victoriam vel non. Item destruit totam theologiam et fidem christianam. quare verbum diuinum incarnari voluit ut hominem exaltaret. quia iam sciebat**

deus qui exaltarent. Idem de alijs christi operibus discurre. Ideo siue presciti siue predestinati sumus facienda sunt opera bona. quia nullus potest saluari nisi per bona opera. nec damnari nisi per opera mala. ideo. ij. Pet. i. Fratres satagite ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis. Ecce prima pars vbi ostendit sapientiam dei de predestinatis et prescitis. ideo dicit christus. Job. x. vos non estis ex ouibus meis. Secundo ostendit de christo sua excellentiam supernalem. cum dicitur iudeis vos. scilicet iudei de deorsum estis ego de supernis sum vos de mundo hoc estis ego non sum de hoc mundo. Nota quoque deus qui a principio mundi fecit duas scalas creaturarum primo unam supra spiritualium cuius gradus sunt decem. primus seraphin. secundus cherubin. tertius throni. quartus dominationes. quintus potestates. sextus virtutes. septimus principatus. octauus archangeli. nonus angeli. decimus anime rationales. Secunda scala corporalium creaturarum habet etiam decem gradus. scilicet celum empireum primus. secundus celum crystallinum. de quo biblia dicit. et aque que super celos sunt. et a philosophis vocatur primum mobile. et vbi nulla est stella. sed suo motu mouet totum mundum. tertius gradus est celum quod dicitur firmamentum in quo includuntur celi planetarum. qui a philosophis diuiduntur in septem. quartus ignis. quintus aer. sextus aqua. septimus terra. octauus creature que habent esse et viuere ut plante. nonus creature que habent esse viuere et sentire sicut animalia etc. decimus creature que habent esse tantum sicut lapides etc. Homo est compositus de inferioribus gradibus creaturarum spiritualium et corporalium. Ideo dicit christus. vos de deorsum estis. **Autoritas. Formauit igitur deus hominem de limo terre et inspirauit in faciem eius spiraculum vite. et factus est homo in animam viuentem. Genes. ij. Ecce infimus gradus creaturarum corporalium. Ego scilicet persona diuina sum una super omnes creaturas vos de deorsum estis. quantum igitur humiliari debemus. Moraliter si vultis cognoscere deus vos vel de alijs si estis de illis sursum vel deorsum attendatis quomodo cognoscit homo de qua patria est. quia idiomate cognoscit. **Autoritas. Iudic. xij. Vide historiam de ierte qui fuit capitaneus galaaditarum et manasse tres filios amon quos percussit et interfecit tunc congregati sunt effrate indignati tres eum quod non vocasset eos ad prelium cum eo. et volebant incendere domum eius. Ipse autem ierte vocatis cunctis viris galaad ad iordanis vbi reliqui transire debebant et quando veniebant aliquid de effraim qui volebant transire dicebant ad unumquemque. numquid effrateus es? quod dicit non sum. interrogabant eum. dicit ergo sebbolch quod interpretatur spica. Ipse autem respondens tebbolch non valens exprimere spicam eadem littera. statimque apprehensum iugula****

Libertate arbitrii

Feria secunda post reminiscere

b̄t et interfecerunt de effraim quadragintaduo milia rē. et nota quot milia fuerunt occisi. Item etiam in nouo testamēto habet de petro interrogato si erat de discipulis christi. **Matth. xxvj.** Qui dixerunt tu ex illis es. nā et loquela tua manifestum te facit. Ita dico vobis vultis cognoscere de aliquo si est de supnis. s. de p̄destinatis attendatis idioma quod loquit̄. idioma paradisi si est illud de quo dicit p̄s. **Beati** qui habitant in domo tua dñe in secula seculorūz laudabunt te. laudare deum est linguagiū paradisi. Ideo quando de te vel alio vides q̄ placet tibi orare et deuz laudare potest dici tu ex illis es. Idē de sacerdote vel religioso qui dicit deuote oras suas. Nota p̄ omnia de ceteris **Linguagium inferni** ē illud de quo **Joh. Apocal. xvj.** Estuauerunt estu magno et blasphemauerunt nomen dei habētis potestatem sup̄ has plagas. Si ergo vis scire de te vel alio si est p̄scitus v̄ reprobus respice quod linguagiū loquit̄ si iurat enormiter blasphemat renegat rē. et tu ex illis es. s. damnatis p̄scitis. nam et loquela tua rē. v̄ multū iurans replebit̄ iniquitate. **Eccl. xxij.** Ideo deus conquerit̄ de rectoribus et gubernatoribus. **Esa. liij.** Dominatores populi mei inique agunt dicit dominus iugiter et tota die nomē meū blasphematur. Si enī aliquis male loqueret̄ de rege statim puniretur. Sed de deo omnes possunt male loqui et nullū cor rigit̄. Ideo et male eueniet rectoribus et gubernatoribus ex eo quia sustinent rē. **Tertio** in per lamento christi cum iudeis ostēditur sua eminentia p̄ncipalis. de qua thema multa habeo. rē. **Ista** multa sumi possunt p̄ similitudinez boni iudicis qui anteq̄ dat sententiā multa facit multa loquitur. **Primo** facit p̄cessus. **Secundo** dat de sensidēs iuris. **Tertio** examinat p̄cessum. **Quarto** dat sententiā. Sic de vob̄ p̄mo fit p̄cessus quādo aliquis facit aliquod bonuz opus statim scribitur in libro p̄cessus conscientie. verbi gratia. si quis orat. opus trāsit s̄ scriptura remanet. Idē de elemosyna et ieiunio **Autoritas.** Cum gentes que legem nō habent naturaliter ea que legi sūt faciunt eiusmodi legē nō habentes ipsi sibi sunt lex qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimoniū reddente illis conscientia ipsorum. **Rhoma. ij.** Nota gentes. s. ignorantes legem et scripturam. Idem de malis opibus si male dixistis alicui opus transit scriptura manet. **autoritas. p̄s. cxxix.** Imp̄fectū meū viderunt oculi tui in libro tuo oēs. s. defectus scribenf̄. Nota omnes rē. **Ecce** de p̄mo multa habeo de vob̄ loq̄ faciendo p̄cessum. **Secundo** dat defensionē iuris scz quattuor quibus nos possumus defendere contra omnes defectus et inimicos impugnantes nos. **Prima** est peccatorū contritio. **Autoritas.** Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. **Esa. xxxvij.** **Secunda** ē p̄-

positum emendandi. **Joh. viij.** Vades ad paradysum et amplius noli peccare. **Tertia** est oris confessio. in iudicio humano contententi datur cōdemnatiua sententia. sed in iudicio diuino dat̄ sententia absolutoria. Ideo dicit scriptura. qui abscondit scelera sua nō diriget̄. Qui autē cōfessus fuerit et reliquerit ea misericordiam cōsequetur. **Proverb. xxvij.** **Quarta** defensio est penitentialis afflictio. scz seruire penitentiā a confessore iunctam que nō debet dari cōtra voluntatem. **Ratio.** quia ille qui dimittit̄ damnabit̄. et in iudicio talis poterit dicere christo. **Feci iudicium** scz in confessione et iusticiam. s. p̄ penitentiā. **ideo** nō tradas me calumniantibus me. **p̄s. cxvij.** **Tertio** tenetur consiliū et examinatur merita. s. quādo anima egressa est a corpe statim venit angelus ad christum dicens. **Domine** quid fiet de anima ista. et christus tenet consiliū cum beata virgine **Maria** et sanctis rē. **De isto** consilio christus ait. qui dixerit fratri suo racha. reus erit consilio. **Matth. v.** Racha est dictio despiciētis. **Joh. dicit.** Multa habeo de vobis dicere rē. **Quarto** habet iudicare si homo moritur in peccato dicit christus angelis. **Seruū** inutilem nō vestitū veste nuptiali ligatis pe. et ma. rē. **Mat. xxv.** **Deinde** dicit demonibus rē. et vos mittite eum in tenebras exteriores et ibi erit fletus et stridor dentium. **Si** vero decedat in gratia dicit christus. **Euge** serue bone et fidelis rē. **Ecce** quare dicit. multa habeo de vobis rē.

Feria sc̄da post dñicam reminiscere. Sermo secundus

Ego que beneplacita sunt ei facio semper. textualiter habetur. Joh. viij. Recitatur autē i euāgelio hodierno. Sanctū euāgelium hodiernū continet pulchrum colloquiū inter iesum et iudeos in quo christus declarat quattuor excellentias de seipso altissimas.

Prima ē humanitas temporalis
Sec̄da diuinitas eternalis
Tertia autoritas iudicialis
Quarta benignitas vniuersalis
Et in his fundamentaliter consistit fides. de vltima quia se voluit humiliare in complendo patri voluntatem. dicit thema. **Ego** que beneplacita sunt ei facio semper. **Primo** ergo christus docuit suam veram humanitatem temporalem. quā verus homo erat. **Et** dum inquit. ego vado et queritis me et in peccato vestro mouemini et quod ego vado vos nō potestis venire. **Et** ista ē p̄ma pars. **notate** quō christus ostēdit suā humanitatē et nota hic secreta nota declarationez. **ego** vado. **Nam** ire et mutare nō est diuinitatis. quia imutabilis et inuariabilis est. **vt** dicit sanctus **Thom. p̄ma** parte. q. ix. articulo p̄mo et secūdo. **Sz** opor-